Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancte felicitas cum uii filiis suis mense iulio die Xmo

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

litatis uestre uestituri possidetis; Secunda respondit,
Uanis terrenis rebus agentes et friuolis promissio
nibus agitis; Nobis uirginitatis itaque dignitas
conseruata est magis optemus occidi quam
uinci; Dicit ei praefectus; Uestra si ab inuito ablata
uobis fuerit uirginitatis integritas. qui deterior
facta es cum xpo. Secunda respondit; Uirgini
tas in corde puro xpo dei filio exhibetur; Non po
test uirgo integritatem suam perdere. si non consen
serit iustitia declinare; Uiolentia enim passio
nem indicat. et passio praeparat palmam; Tu con
tra consensum nostrum arma sumpsisti. ut cogas
nos quod nolumus uelle. et quod execrare iam coepimi
delectari; Applica ignes gladios flagella saxa
fustes et uirgas. quot tu poenas intuleris. tot
ego glorias martyrii nostri numerabo. et quot ui
olentias ingesseris. tot ego martyrii conpu
tem palmas; Omnis enim nobis gloria est poena.
quam pro xpi amore suscipimus. nec corruptio
dici poterit. que pro integritate mentis non
timet sui corporis subire iacturam; De consen
su enim apud dominum quod perfectam dilexeris uolun
tatem; Tunc iussit eas praefectus in tenebroso
loco includi. et fumum stercoris fieri; Sed cum
hoc fuisset factum. fumus ille quasi thimia
ma exhalabat. Sed et non poene fetorem. sed
magis delectationem naribus ministrabat;
Illa autem obscuritas quasi die media uincebatur.
nec poterant ibi dominari tenebre. ubi te
nebrarum caradi lumine uincebatur; Iterum
iusserunt inde tolli. et in suis balneis includi.
atque in solio ardente ac non temperato iac
tari; Ubi cum fuissent post duas horas ingres
si qui earum corpora tollerent. inuenerunt intus
lauacrum frigidum et uaporatum; Quod audi
ens praefectus obstupuit. et iussit eas duci. et in
medio tiberim mitti. et uno saxo ligato in col
lo ambarum praecipitari; Cum quo saxo perdi
midiam fere horam merserunt. et quae nude
misse fuerant. in superiori parte fluminis
sericis uestibus indute apparuerunt. praecantes
triumphum domini et xpi gloriam decantantes;
Quod cum fuisset iudici nuntiatum. dixit prae
fectus archisilao comiti; Istas quas mihi tradi
disti. aut magica arte nos superant. aut uere

Theologus omelia greg. / Decemgist. Loquente / [illegible]

in eis scitis regnat. Unde sicut mihi eas tradi
disti. ita eas ego tibi reddam. ut tuo arbitrio ut
sententiam accipiant ut euadant; Tunc archi
silaus iussit eas duci in siluam in uia cornelia.
ab urbe roma miliario decimo. in fundo qui uo
catur buxo; Et illic unam cedi capite. aliam per
cuti. et sic earum inhumata corpora derelinqui
luporum morsibus comedenda. Sed domini gratia
non defuit in xpo credentibus; nec defunctis; De
nique plautilla matrona. in cuius praedio hoc fac
tum est. uidit eas in uisu sedentes gemmatas in
thalamo. et dicentes sibi; Plautilla desine a fla
gitiis idolorum. et ab incredulitate impia tibi
cessa. et credens xpo ueni in rem tuam. et corpora
nostra inuenies ibi. eadem corpora ubi inuenire po
tueris sepelies; Exsurgens autem plautilla perrexit
ad locum. et inueniens sanctarum uirginum corpora sine
fetore sine aliqua lesione adorauit et credidit; Et
fabricauit sepulchrum uirginibus xpi. In quo loco
beneficia orationum earum fructum magnum uirtu
tum ostendunt. Ad laudem et gloriam domini nostri
ihu xpi. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat
in secula seculorum. amen. Passae sunt autem
die sexto idus iuliarum.

EXPLICIT PASSIO SCARUM UIRGINUM
RUFINAE ET SECUNDAE

III

INCIPIT PASSIO SCE FELICITATIS
CUM UII FILIIS SUIS MENSE IUL DIE X MO

TEMPORIBUS ANTONINI IMPERATORIS
orta est seditio pontificum. et felicitas inlus
tris femina cum septem filiis suis xpianis
simis erat; In uiduitate permanens. deo suam
uouerat castitatem. die noctuque in orationibus
uacans. magna deo edificatione castis mentibus
dabat; Uidentes autem pontifices praeconia eius p
hanc xpiani nominis proferisse (incros). suggesserunt
de ea antonino augusto dicentes; Contra salu
tem uestram mulier haec uidua cum filiis suis diis nos
tris insultat; Quae si non uenerata fuerit deos
sciat pietas uestra deos nostros sic irasci ut penitus
placari non possint. Tunc imperator anto
ninus iniunxit praefecto urbis publio. ut eam
compelleret cum filiis suis deorum suorum ira sa
crificiis mitigare; Publius itaque praefectus ur
bis iussit eam priuatim adduci. et blando conlo

quo ad sacrificium ei prouocans minatur poenas et interitum. Cui felicitas dixit. Nec blandimentis tuis resolui poteris. nec terroribus tuis frangi. Habeo enim spiritum sanctum qui me non permittit uinci a diabulo. et ideo secura sum quia uiua te superabo. et si interfecta fuero melius te uincam occisa. Publius dixit. Misera si tibi suaue mori est. uel filios tuos fac uiuere. Felicitas respondit. Uiuunt filii mei si non sacrificauerint idolis. si uero hoc tantum scelus admiserint in aeternum eunt interitum. Alia namque die sedit in foro martis. et iussit eam adduci cum filiis suis. cui et dixit. Miserere filiis tuis iuuenibus bonis et flore primae iuuentutis florentibus. Respondit felicitas. Misericordia tua impietas est. et exhortatio tua crudelitas. Et conuersa ad filios suos dixit. Uidete filii caelum et sursum aspicite. ibi uos expectat xpistus cum sanctis suis. pugnate pro animabus uestris. et fideles uos in amore xpisti exhibete. Audiens haec publius iussit eam alapis caedi dicens. Ausa es me praesente ista monita dare. ut domino nostro statuta contempnant. Tunc uocat primum filium eius nomine ianuarium. et infinita illi promittebat bona praesentia. et mala uerbera comminatus est si sacrificare idolis contempsisset. Ianuarius respondit. Stulta suades. nam sapientia domini me conseruat. et faciet me haec omnia superare. Statim iudex iussit eum uirgis caedi. et in carcerem recipi. Secundum uero felicem eius filium adduci praecepit. quem cum hortaretur publius ad immolandum idolis. constanter dixit. Unus est deus quem colimus. cui sacrificium piae deuotionis offerimus. Uide ne tu credas me uel aliquem fratrum meorum ab domini ihesu xpisti amore recedere. Etsi inmineant uerbera et iniusta consilia. fides nostra nec uinci potest nec mutari. Et isto amoto. iussit tertium filium nomine phylippum applicari. Cui cum diceret. Dominus noster imperator antoninus iussit ut diis omnipotentibus immoletis. Respondit phylippus et dixit. Isti nec dii nec omnipotentes sunt. sed sunt simulacra uana et misera et insensibilia. et qui eis sacrificare uoluerint in aeternum erunt periculum. Et amoto phylippo.

iussit adesse quartum silanum. Cui dicit. Ut uideo conuenit uobiscum pessimae matris uestrae hoc consilium. ut praecepta principum contemnentes omnes simul incurratis in interitum. Respondit silanus et dixit. Nos si transitorium timuerimus interitum. aeternum incurrimus supplicium. Et quia uere nouimus quae praemia sunt parata iustis. idcirco secure legem romanam contemnimus. ut iussa diuina seruemus. idola contemnentes et deo omnipotenti famulantes. uitam aeternam inueniamus. Adorantes autem demonia cum ipsis in interitum eunt. et sempiternum incendium. Et amoto silano iussit quintum praesto esse alexandrum. cui dicit. Miserere aetati tuae. et uitae in infantia positae. si non fueris rebellis et secutus fueris ea quae sunt regi nostro antonino gratissima. Unde sacrifica diis. ut possis amicus augustorum fieri. et uitam habere et gratiam. Respondit alexander. Ego seruus xpisti sum. ore confiteor. corde teneo. incessanter adoro. Infirma aetas quam uides. canam habet prudentiam. si deum colit. dii autem tui cum cultoribus suis eunt in interitum. Et isto amoto iussit sextum uitalem applicare. cui et dixit. Saltem tu uel opta uiuere et non in interitum deuenire. Respondit uitalis. Quis est qui optat uiuere. ille qui deum colit. an qui demonium optat habere propitium. Publius dixit. Et quis est demon. Uitalis respondit. Omnes dii gentium demonia sunt. et omnes qui colunt eos. Et hoc amoto iussit septimum marcialem ingredi. cui dixit. Crudelitatis tuae facti estis effectores augustorum instituta contemnitis. et in malum pertinentes permanetis. Respondit marcialis. O si nosse poteras quae poenae cultoribus idolorum paratae sunt. sed adhuc non tardat deus iram suam uobis et idolis uestris demonstrare. Omnes enim qui non confitentur xpistum uerum esse deum in aeternum incendium eunt. Tunc iussit et hunc septimum amoueri. et gesta omnia scripta per ordinem regi antonino ingessit. Tunc antoninus misit eos per uarios iudices ut uariis suppliciis laniarentur. Ex quibus unus iudex fratrem primum ad plumbatas occidit. Alter secundum et tertium fustibus mactauit. Alius quartum praecipi

et quae sit poena constituta peccatoribus.

tium interemit; Alter quintum et sextum et septimum.
capitale subire fecit sententiam. et matrem eorum
capite truncare iussit. &uariis suppliciis inhoc saeculo
interemit eos; facti sunt uniuersi uictores et martyres xpi.
qui cum matre triumphantes. ad aeterna premia conuo
lauerunt in caelis. qui pro di amore minas hominum. poenas
&uerbera contemnentes. xpi amici facti sunt in regno caelo
rum. qui cum patre et spu sco uiuit et regnat in saecula
saeculorum. amen.

EXPLICIT PASSIO SCAE FELICITATIS CUM
VII IDVS IVLIAS
VII FILIIS. PRID KALEND NOVEMBR

deuita
IIII. INCIPIT SERMO BEATE PRAXEDIS uirginis.
tricesimo
VMINSE IVLIO DIE XXMO I MO.

Virgo uenerabilis braxedis. habitauit in titulo supradic
to. afflicta propter transitum germanae suae potenti
anae; Adquam multi nobiles xpiani ueniebant. et con
solabantur eam una cum sco pio epo; ueniebat ad eam ger
manus uester nouatus qui est frater noster indno et
consolabatur eam. et multos xpianos pauperes donis suis
reficiebat. &ministrabat omnibus defacultatibus propriis.
in honorem uirginis scae praxedis. Rogans &petens
ab ea ut orationibus eius indulgentiam adno mereretur.
qui uos frequenter cum beatissimo pio epo. ad altare dni
commemorabat; Post annum uero &dies uiginti
&octo. egritudine detentus est nouatus. et absens
erat a conspectu beatae uirginis praxedis; pio autem
epo cogitante de omnibus xpianis. una cum uirgine
praxede. requiritur nouatus uir di, et dum auditum
fuisset. qua egritudine detinebatur. contristati
sumus omnes; Beata braxedis dixit. ad patrem nrm
scm pium epm; Iubeat sanctimonium uestrum ut eamus
ad eum. et uisitatio tua. una cum orationibus uestris
saluabit eum dns; &facta constitutione noctu una
cum pio epo. &uirgine dni praxede. perreximus
ad uirum di nouatum; hoc cum uidisset uir di noua
tus. omnes congregatos ad se uenisse. gratias coepit
agere do. qui a meruit a sco pio epo. &uirgine dni
una cum nostra deuotione uisitari. &fuimus in do
mo eius diebus ac noctibus octo; his autem diebus
cum ibi essemus hoc placuit ei ut uobis una cum
beata uirgine praxede. omnem substantiam suam
dereliquer&. qui uero tertio decimo die tran
siuit fidelis ad dnm; de quo facto. nos litteris nris.
huius textum ad uos direximus. una cum beato
pio epo. scae sedis apostolicae. &uirgine praxede
indno ad uos direximus. ut quod tibi placuerit de
substantia germani tui nouati. nos facias certiores.
ut tua ordinatio in omnibus custodiatur. missa
per eusebium subdiaconum scae ecclesiae romanae.

Rescripta timothei presbiteri. urbis romae; timo
theus presbiter sco fratri pastori prbo. et scis simae
sorori praxedi indno salutem; Nos famulatum in omni
bus praeuenientes. orantes sanctimonium uestrum ut nos
commendantes humiles uestros. Rogamus ut nos com
mendare dignemini memoriae scorum apostolorum. &
sco pio epo. scae sedis apostolicae praesuli. et omnibus scis;
ego humilis uester plenius gaudio repletus sum. hoc au
diens quod mihi scribere dignatus es. mea uotiua
fuit &est conscientia unde cognoscat scitas tua.
ut quod germano meo nouato placuit. et nobis famu
lis uestris hoc plac&. ut in arbitrio scae uirginis. &
quod mihi dereliquit. quicquid uobis &scae uirgini
placuerit. in eius arbitrio omnia uota meo habeat
potestatem; Acceptam autem epistolam gaudio re
pleti sumus et tradidimus eam legendam sco pio
epo; Tunc beatus pius eps. gratias egit do patri om
nipotenti; Eodem tempore uirgo dni praxedis. ac
cepta potestate. rogauit beatum pium epm. ut in
termis nouati. quae iam in usu non erant. ecclesia
dedicaretur; Quia aedificium in eadem magnum
&speciosum. uidebatur esse; quod placuit sco pio
epo. et dedicauit ecclesiam termas nouati. in nomine
beatae uirginis praxedis in urbe roma. in uico qui
appellatur lateria. ubi constituit &titulum roma
num. In quo loco &pabtisterium consecrauit. sub die
tertio idus maias; post annos duos &dies decem &octo.
facta est persecutio magna xpianorum. ut trahe
rentur ad idolorum culturam. &multi martirio
coronati sunt; Uirgo dni praxedis feruens in spu sco.
multos xpianos occultans in eodem titulo. quos &cibo
pascebat. et uerbo spu sci; Tunc diuulgatum est
antonino imperatori. eo quod conuentus fieret in
titulo praxedis. misit &tenuit multos. inter quos
etiam tenuit simone trium prbm cum aliis uigin
ti &duobus. quos sine interrogatione gladio puni
ri praecepit in eodem titulo; quorum corpora
noctu beata praxedis collegit. et sepeliuit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg